



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

5. Ordinari volentes quibus debeant esse muniti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Ordinari volentes quibus debeant esse muniti.

C A P V T V.

- I Nomina eorum qui ordinandi sunt in Ecclesia, sunt euulganda per parochum, & de ipsorum vita inquirendum, ac de tali inquisitione littera ad Episcopum transmittenda.
2 Non extenditur ad Regulares,

AD minores Ordines promouendi bonum à Parocho, & à magistro scholæ, in qua educantur, testimonium habeant. Hi verò, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt nominibus ac desiderio eorum, qui volent promoueri, publicè in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentes, ad ipsum Episcopum quam primum transmittat.

a Cap. quando 24. diff.
b Vide 3. Carth. can. 22 & 4. Carth. 12.

Vide Concil. Bracharen. IV. añ 2. de examinandis Ordinandis. cap. 4. Hoted. de incompatilibus beneficiis. c. 24. num. 38. & 39. Salzed. ad Bernard. c. 25. littera A. vers. hoc autem. Petr. de Ledesma in summa p. 1. de Sacram. vbi de sacramento Ordinis. c. 7. en lo que toqua. Henric. in summa lib. 10. c. 17. §. 2. Thom. Valasc. allegat. iuris. tom. 1. allegat. 9. num. 5. Vgolin. de officio Episcopi. cap. 26. §. 18. ex num. 1. vbi num. 2. subdit denunciations huiusmodi fieri debere in singulis maioribus Ordinibus, nisi ordinandus notus esset Episcopo, Bonacin. de Sacrament. dist. 8. q. unica, puo. 5. num. 17. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 4. num. 21. vers. ad minores. late Marchin. de sacrament. Ordin. tract. 2. p. 6. cap. 11. per tot. Honor. ad Decretal. tit. de serutino in Ordine faciendo num. 2. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. part. 1. tract. 2. c. 39. 26. incipit. de iure E. essast. lib. 1. cap. 33. nu. 168. & de officio, & potestate Episcopi. p. 2. allegat. 10. & in formulario Episcopi. formular. 2. vbi habetur formula facultatis euulgandi nomina eorum, qui Ordinis sacramento initiandi sunt, & in formular. form. 3. pono formulam denunciandi, in Ecclesia illum, qui ad Ordines promouendus est, & formular. 4. exprimo formulam litterarum testimonialium Parocho emanantium vigore facultatis euulgandi nomina ordinandi, & formular. 8. dico quomodo dandum testimonium Magistri scholæ pro ijs, qui ad minores Ordines promoueri volunt.

Ad Regulares minimè extendi dispositionem huius cap. in quibus satis esse Episcopo testimonium habere ab ordinandorum superioribus Regularibus affirmantibus, & attestantibus prædictos nullo requisitorum indigere, eiusque fidei standum esse, præterquam circa doctrinam, pro qua subiiciuntur Episcoporum examini, referunt decim Henric. d. lib. 10. cap. 23. §. 4. in gloss. littera L. Fr. Emman. quest. regul. tom. 3. q. 24. art. 1. Vgolin. d. §. 18. num. 2. vers. tertio excipiuntur Regulares, Campan. in diuers. iuris canon. rub. 12. cap. 13. num. 35.

Nullus omnino beneficii sit capax, nisi qui habeat 14. annos. Fori priuilegio gaudere volens, quæ habere ac agere debeat.

C A P V T VI.

- 1 Nullus ante 14. annum beneficium potest obtinere.
2 Beneficium simplex potest obtinere qui habet 14. annum inceptum, licet non completum.
3 Etas 14. annorum in quibus capellanijs non requiratur.
4 Etas 14. annorum sufficit ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia collegiata.
5 Etas 14. annorum requiritur ad obtinendam dimidiam portionem in Ecclesia cathedrali.
6 Beneficium etiam per viam præsentationis, electionis, aut alterius cuiuscunque prouisionis non potest obtineri ante etatem 14. annorum.
7 Fundationem statuenti vt etiam minor 14. annorum beneficium adipisci valeat, standum est.
8 Episcopus non potest indulgere cuique, vt ante 14. annos beneficium simplex obtineat.
9 Etas septem annorum sufficit ad pensionem.
10 Fori priuilegio qui vult gaudere, quæ habere, ac agere debeat.
11 Beneficiati fori priuilegio gaudent, etiam si habitum clericalem, & Tonsuram non deferant.
12 Fori priuilegio gaudet obtinens validè beneficium etiam ante illius possessionem.
13 Fori priuilegio gaudet beneficii possessionem etiam invalidè obtinens.
14 Fori priuilegio gaudet beneficium etiam modici valoris obtinens.
15 Beneficium titulum possidens absque redditibus fori priuilegio gaudet.
16 Capellaniam collatiam & in perpetuum titulum collatiam obtinens gaudet fori priuilegio.
17 Coadiutoriam à Papa obtinens priuilegio fori gaudet.
18 Fratantiam pro comitandis cadaueribus defunctorum habens fori priuilegio gaudet.
19 Pensionem obtinens loco tituli habetur pro clerico ad effectum gaudendi fori priuilegio.
20 Clericus non beneficiatus vt fori priuilegio gaudet quæ requirantur.
21 Habitum clericalem, & Tonsuram simul deferre tenetur clericus, qui fori priuilegio gaudere vult.
22 Habitum clericalem, & Tonsuram dimittens priuilegium fori amittit.
23 Habitum clericalem qui dimiserit, potest illum iterum reassumere non obstante irregularitate.
24 Iudex Ecclesiasticus cognoscit de controuersia orta circa habitum clericalem.
25 Clericus se immiscens enormitatibus in habitu, & Tonsura fori priuilegio censetur renuntiasse.
26 Clericus minoribus quando fori priuilegio gaudeat.

27 Cleri-